

*pitur ab alieno, lugente, שָׁרֵל Sacerdote præputiato, &c. non approban-*  
*tur. R. Simeon dicit: Approbantur.*

*Hieros. ubi ante: R. Lazar nomine R. Haninæ dicit: Historia est  
 בְּכַהּן שָׁרֵל de Sacerdote præputiato, qui sanguinem sparsit ad altare,  
 atque approbatæ fuerunt sparsiones ejus.*

*Gloss. in Zevachin: Sacerdos præputiatus est sacerdos, cuius fra-*  
*tres mortui sunt ex circumcisione.*

*Aruch ex Cholin: Israëlite præputiatus est, cuius fratres mortui  
 sunt ex circumcisione: & tamen est Israëlite, quamvis præputiatus. A-*  
*stricti enim non sunt Israëlitæ ad præcepta præstanda, ubi mors certò in-*  
*seqvetur: Nam dicitur, leges, quas si observaverit homo, vivet in iis,  
 non ut moriar in iis.*

*Hinc si filius primus, secundus, tertius morerentur ex circum-  
 cisione, posteà nati non circumcidebantur, sed semper erant præ-  
 putiati, & tamen Israëlitæ quoad omnia, sacerdotes quoad omnia.*

*Hieros. Jevam. fol. 7.4. R. Nathan dicit: Profectus sum Cæsaream  
 Cappadociæ, eratque illic fæmina, quæ mares pepererat, qui mortui fu-  
 erant ex circumcisione, primus, secundus, tertius: quartum ad me addu-  
 xerunt: inspxique ego eum, & non vidi in eo sanguinem fœderis. Mo-  
 nuit, ut cum permittarent aliquantisper non circumcisum, & permise-  
 runt, &c.*

*Dicas mihi jam Judæe, an circumcisione aliqvid sit, præsertim  
 antanti sit, vel ad justificationem, vel ad sanctificationem, quanti tu  
 eam aestimas? cum Israëlite potuerit esse verus Israëlite, Sacerdos  
 verus Sacerdos, absqve circumcisione.*

*II. Circumcisio nihil est ratione habitâ temporis, jam enim e-  
 vanuerat, adimpleto præcipue ejus fine, ob quem fuerat instituta.  
 Iustum finem exhibet Apostolus in verbis istis Rom. 4, II. ΣΦεαγῆδα τ  
 δικαιοσύνης τις εώς τὸν ἀνερθυσία: At vereor, ne à plerisque ver-  
 sionibus non satis aptentur ad finem circumcisionis, & scopum Apo-  
 stoli, dum ab iis interseritur aliqvid de suo.*

*Gallica sic: Sceau de la justice de foy laquelle il avoit durant le  
 prepuce.*

*Ital. Segno della giustitia della fede laquale fu nella circoncisione.*

*Syr. וְהַתְמָא רְכָנוֹתָא רְחוּמָנוֹתָחָא Et sigillum justitiae fidei sue.*

*Arab. Justitiae fidei الْدِيَنِ الْمُجْتَمِعَةُ.*

*Aliæ in eundem sensum, ac si circumcisione daretur Abrahamo in*